

in tempore quoniam unum tempus requiritur ad loquendum
aliud ad tacendum: ut puta nunc in quo dígo compescere label
lum accusator erit: aliud ad emendum: aliud ad uendendum &cæ.
& astronomi dicunt quod isti modi naturaliter sunt per mo
dos constellationum corporum superiorum celestium: quoniam secundum
constellationem & modum eius in qua homo natus est: habet
modum loquendi & tacendi: & habet modum cundi aut stadi
& comedendi quædam cibaria & non alia: & sic de aliis: secundum
enim quod modus est in locis superioribus: est et modus in inferiori
bus: sicut uere est modus qui suum calorē suā humiditatē & suū
odorē expandit ut frigiditatē: & siccitatē consumat: & haec est rō
quare in medio ueris positus taurus frigidus: & siccus: & in aestate
leo in medio ut caliditas temperet a frigido cancri & uirginis
& humiditas canceris a siccitate uirginis maturetur: & caliditas leo
nis augeatur & foueatur: in auctumno uero ecōtra ueris rationem
ponitur ratio similiter & in hie me considerare: ideo dicunt astrono
mi quod homo sciendū debet arborē uel amputare: & balnea faciat
& medicinas recipiat: & præminutiones faciat ut de corpore ex
eat corruptio frigiditatis & siccitatis per abundatiam caloris &
humiditatis introductæ: & modus superioris instinctus & appe
titus naturalis mouet instinctum & appetitum medicorum: &
astronomorum ad considerandum haec antedicta ad utilitatem
omnium uiuentium: ideo ex modis superioribus moti fuerunt
homines ad hec cognoscenda finaliter: ut cognoscas o fidelis cum
quo est modus celestis postquam dictum est quid est de quo quare
quantus quando: & ubi audi exemplum faber modum habet ad
extendendum ferrum qui cum igne querit consumere uel minue
refrigiditatem ferri: ut ferrum quod frigiditate sua durum est: &
siccitate molle efficiatur cum calore ignis in fornace: & ideo faber
cum igne in fornace & martello modum habet extēdendi ferrum
& de ferro clavum facere: & quia ferrum extensioni aptum manu
tenere non potest: neque ipsum cum pugno extendere absque mar
tello: modus instinctus naturalis superioris fecit ipsum consi
derare tenaces & martellum primo: & appetitus superior ipsum
considerare fecit: & habere instinctum quod de ferro cla
uos: sic faceret: ut finis superior suam similitudinem influeret in
finibus inferioribus: & ideo astronomi dicunt et quod instrumenta